

www.e-rara.ch

M. T. Ciceronis Epistolarum volumen, earum quae familiares olim dictae, nunc rectius ad familiares appellantur

Cicero, Marcus Tullius

Augustae Munatianae, 1620

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-28569>

Historia de Ptolemaeo rege, ad intelligentiam primi libri

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

HISTORIA DE PTOLE-
MÆO REGE, AD INTEL-
ligentiam primi libri.

REX Aegypti Ptolemæus, cognomento
Auletes, quia tibiis canere, præter digni-
tatem regiam, solitus esset, pater Ptolemæi qui
M. Pompeium occidit, & Cleopatra, notissima
femina, eiectus ab Aegyptiis propter flagitia,
maximeque ob acerbissimam intolerabilium
tributorum exactiorem, Romam venit, consu-
latum gerentibus P. Lentulo, & Q. Metello:
queritur iniuriam: pro sua, pro maiorum so-
cietate, veterrimoque ac perpetuo erga popu-
lum Rom. studio, suppliciter orat ut restituatur:
nec impetrat magno negotio, vel Pompeij
gratia, regis causam adiuvantis, ei que non
solum amicitia, Mithridatico bello contracta,
sed etiam hospitio coniuncti: vel, quod eius re-
gis quem senatus ac populus Romanus biennio
ante socium amicumque appellasset, iniurias
vltisci, non modo iustum, sed exemplo etiam v-
tile speciosumque videbatur. Accedebant me-
rita, nam, (vi à Varrone scriptum Plinius me-
mora:) Pompeio circa Iudeam bellum geren-
ti, octo equitum millia Ptolemæus, nullo rei-
publicæ summu, præsidio miserat. His de causis
fit ut s. C. referente consule P. Lentulo, ut sor-
biantur consules vter eum in regnum reducat.
prior

prior exiit fors Lentuli, simul cum admini-
stratione Ciliciae. nam Hispania, quae Metello
Nepoti, eius collega, obtigit longè ab Aegypto
remota, cum reductione regis Alexandrini cõ-
iungenda non fuit. Huius & s. C. & sortis in
oratione in Pisonem mentio fit his verbis, Au-
deret Gabinius, si non acerrimè fureret, quam
provincia P. Lentulus, cum & auctoritate se-
natus & sorte haberet, interposita religione
deposuisset, eam sibi in adsciscere, cum, etiamsi
religio non impediret, mos maiorum tamen &
exempla & grauisimae legum poena vetarent?
Postea per C. Catonem, tribunum pleb. obiecta
senatus religio est, prolato è Sibyllinis versibus
oraculo, ne rex cum multitudine reducatur: se
fiat, malo publico futurum. Tum fit alterum
s. C. referente Marcellino consule: regem cum
multitudine reduci periculosum reipub. vide-
ri: deinde, quis sine exercitu reducat, delibera-
tur. alij eum honorem Lentulo, quem iam an-
tea & s. C. & sortis beneficio acceperat, con-
seruabant: alij Pompeio mandandum, alij ali-
ter censebant. varietas opinionum rem extra-
xit. Catonis verò, tribuni pl. audacia disturba-
uit penitus, atque peruertit. nam, & ab initio
tribunatus, vt Fenestella docet apud Nonium,
concionibus assiduis inuidiam regi ac Lentulo
concitauit, & mox, lege etiam de abrogando
Lentulo Ciliciae imperio promulgata, animos
eorum qui Lentulo fauebant, à minore cura ad
summum timorem traduxit: Pompeium verò,

in senatu afferere & acerbe accusatum, eò rede-
git, vt consiliū reducendi regis abiiceret. Itaq;
rex, desperato senatus auxilio, confugit ad Ga-
binium, Syriae proconsulem: à quo, promissis
decem talentorum millibus, Pompeio etiam,
qui eo anno cum Crasso consul fuit, admodum
pro eo cōtendente, facile impetrauit vt restitu-
retur. Ex quo postea Gabinus maiestatis accu-
satus, quòd prouinciæ suæ finibus, cōtra legem
Corneliã de maiestate, excessisset, corruptis iu-
dicibus absolutus est. mox tamen de repetūdis
in iudiciū vocatus, defendente, Pompey roga-
tu, Cicerone, qui priore iudicio accusauerat, o-
dio maximè prioris iudicij damnatus, publi-
catis bonis, in exsilium abiit: quem postea di-
ctator Caesar restituit. Hinc illa in eum obliquè
coniecta, in oratione quam habuit in senatu,
contra collegam eius, L. Pisonē: Seipsum, fascēs
suos, exercitum pop. Rom. numen intediētumq;
deorum immortalium responsa sacerdotū, au-
thoritatem senatus, iussa populi, nomen ac di-
gnitatē imperij regi Aegyptio vendidit: in A-
gyptū venit: signa contulit cum Alexandrinis:
cepit Alexandriam. Atque hoc in loco fœdam
Appiani negligētiam dissimulare non possum,
qui Gabinium, Pompeio tertium consule, de
maiestate damnatum putat. in quo dupliciter
peccat: primū temporis, deinde criminis in-
scientia. nam Gabinius biennio ante Pompeij
tertium consulatum, Domitio & Appio Cos.
damnatus est, non de maiestate (quo crimine,

corruptis iudicibus, euasit) sed de rebus, quibus
odio maxime iudicij de maiestate, quod corrup-
tum esse constabat. Vtrunque docet Dionis
historia: lib. 39. cui si fides abrogatur, ipse certe
non refelletur Cicero, quo ego, praesertim in re-
bus illius aetate gestis, locupletio rem testem non
quæro. is in epistola XVI. ad Atticum, lib. IV. &
lib. III. ad Q. fratrem, epist. XV. prorsus pate-
facit *αὐτονομίαν* Appiani. Pulsus est Ptole-
maeus à regno post quatuor ferè annos quàm
regnare ceperat, Romamque venit P. Lentulo,
Q. Metello C O S. quod quidem è Ciceronis A-
graria in Rullum licet conuicere, in qua non
hunc Auletem Ptolemaeum, sed alium regnare,
Alexandro rege mortuo, indicat his verbis,
Eum qui regnum illud hoc tempore teneat, ge-
nere regio non esse, video inter omnes conueni-
de. De Aulete nunquam ita loqueretur, de quo
in oratione pro domo, Cuius, inquit, cum patre,
ano, maioribus societas populo Romano iuncta
est. Præterea socius & amicus populi Romani
Caesare consule appellatus est. quod ipse Caesar
scriptum reliquit libri III, De bello ciu. &
Cicero epistola XVI, libri II, ad Atticum, idem
significat. ut videatur paullo antiè regnum ac-
cepisse, quod societate statim atque amicitia po-
puli Romani confirmandum curauit. Quod se
rex fuit, ante Caesarem consulem, nec fuit
consule Cicerone, ut ex eius Agraria ora-
tione ostendimus: sequitur, ut quarto fe-
rè aut tertio regni anno eiectus Romanus

venerit, quo anno (vt dixi iam) consulatum ge-
rebant Spinther Lentulus & Metellus nepos.
id quod non modò Livijs, vt ex epitome co-
gnoscitur, & Dio, sed Strabo etiam, grauis au-
tor, significat, cum eiectũ ait esse Ptolemæum
Gabinio Syriam obtinente: eiq; successisse Ar-
chelaum, Gabinij familiarem, vxore ducta
trium Ptolemæi filiarum maxima Berenice:
quam postea cum Archelao restitutus à Gabi-
nio Ptolemæus inseremur. Honor autem ille so-
cietatis & amicitia: populi Romani, à Ptole-
mæo, sicuti à reliquis quoque regibus, non me-
diocriter expetitus, causam attulit vt anno
proximo ab Aegyptiis eiceretur. emit enim so-
cietatem à Casare consule, eiusq; genero Pom-
peio, vt Suetonius prodidit, sex propriè talen-
torum millibus: quæ sunt, numero nostro, scu-
zatorum tricies & sexcenta millia: communi
lingua, tres milliones & sexcenta millia. quam
pecuniam mutuatus à feneratoribus & ami-
cis, quorum è numero fuit C. Rabirius Post-
humus, quem postea Cicero defendit, intolerabi-
lia tributa, vt creditoribus satisfaceret, Ae-
gyptiis imposuit. ex quo, multitudine concita-
ta, pulsus est. Neque verò tantam pecuniam
Casari primùm à Ptolemæo datam, vt ei re-
gnum societate & amicitia populi Romani
confirmaretur, deinde Gabinio, vt exactus re-
stitueretur, quisquam mirabitur, qui ex an-
nuis Aegypti vectigalibus quantum caperet,
animaduertet. capiebat enim talentorum duo-
dena

dena millia quingena, id est, scutatorum septuagies quingena millia: quantum hodie universi Galliarum regni, quod omnium regnorum fructuosissimum habetur, annua tributa non conficiunt. Mirum etiam quod à Varone traditum scripsit Plinius, hunc Ptolemaeum, Pompeio circa Iudaeam res gerente, septena millia equitum sua pecunia toleravisse, mille conivas, totidem aureis potoriis, mutantem vasa cum ferculis, sanguinasse.

